



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

3. De violatione Interdicti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

4 Personaliter non Interdicti possunt in loco interdicto sepeliri ex privilegio, sed sine pulsu, si tamen alium locum non interdictum possint deferri, non debent in loco interdicto sepeliri.

NB. Interdicti personales non denunciati possunt sepeliri in loco non interdicto: nam quibus vivis communicamus, etiam mortuis communicari possumus.

C A P. III.

De violatione Interdicti.

1 **C**Lericus violans Interdictum personale, aut locale, peccat mortaliter, quia ad eos maxime pertinet, estque materia gravis, quod fit, si celebret aut intersint sacro personalis Interdicti, locali si solemniter non interdicti celebrent, aut alioquin celebrent.

2 Laici personaliter & localiter interdicti peccant mortaliter, si fraudulentè se ingerant ad audiendum divina officia, secus si non personaliter interdicti tunc enim solum venialiter.

3 Pœnæ Clericorum, si violent; 1. privantur sepultura privilegio. 2. Sunt ineligibiles. 3. Incurrunt suspensionem ab Officijs & iurisdictione. 4. Reliqui omnes excommunicantur, si advertentes Ecclesiam parochialem loci interdictum servare, ipsi non celebraverint. 5. Qui excommunicatum, aut interdictum denunciatum, in loco sacro vel interdicto sepeliunt, contra iuris permissionem, ipso iure incurrunt excommunicationem, uti Dominus temporales cogens Clericum, ut in loco interdicto solemniter celebret, & omnes alij interdicti, si iussi exire, & non exierint.

exeat, incurrunt excomm. Papæ reseruatam. Clem.
2. de sententia Excommunicationis.

C A P. IV.

Quis possit interdicere.

Qui Excommunicare, ijdem etiam possunt in-
terdicere, si interdictum in plebem, quoad
locale?

Interdicens non interdicitur, quia nemo à se ipso
per se vinculo censuræ, quia pœnale est, obligari po-
test: nisi in interdicto locali, quod directè afficit
personas.

Clero interdicto, plebs non censetur interdicta,
neque vice versa; quia in sententia pœnali mitior sen-
sus præferri debet; populo à Clero distincto.

Clericis interdictis Religiosi non sunt, quia est
materia odiosa, tamen quoad locale comprehen-
duntur.

Vt Interdictum totale feratur in certam perso-
nam requirit mortale; quia est pœna grauis. Partiale
ob veniale nam locale in grauius peccatum requirit,
quam excom. ob debitum pecuniarium nulla Com-
munitas debet interdici.

C A P. V.

Quomodo Interdictum tollatur.

Interdictum, si ob conuinciam, debet absolui; a-
lia interdicta cessant, sublata conditione.

Interdicta iure communi imposita, possunt tolli
per Episcopum.

NB. Interdictum per se cessat elapso tempore
vel conditione.